







1729.

1. He, Fredericus Augustus: De usu attestatorum et
defensione inquisiti.
2. Koch, Johann Georgius: De advocatis utriusque salariis
in propria causa a iudice exigendo.
3. Lehmann, Joh. Christianus: De vera ac reali acquire-
tione simultanea inestituta in Lusacia
inferiori
4. Melitor, Carolus Fredericus Ignatius: De iustitiam
legibus specialibus et benignioribus.
5. Pre, Jo. Fredericus, de: De febris tertiana intermit-
tente.
6. Reinhardt, Th. Jac. Tac: De possessione et onere
prohibitionis non relevante.
7. Reinhardt, Th. Jac. Tac: De eo, quod iuramentum circa
condemnationem ejus, qui nondum confessus, maxime

in criminalibus.

8. Reinkarth, Fob. Jac.: De dividio aequaestus
conjugalis uxoris in malcan duntro competente
9. Reinkarth, Fob. Jac.: De usuria praestata
sua vera et palliata, quam putativa sine
imageria.
10. Streckler, Conradus With: De repudiatione hereditatis
defferenda, ac speciatim Saxonica, quod ad res
uxoris mobiles, a deo dote, modo creditorum
concursum, facta, non valida
11. Streckler, Conradus With: De dominio, sine traditione
judiciali, jure Saxonicum, transferendo.
12. Streit, Dr. Philippus; Facult. juridicae Decanus l. b. s.
(ad Symbolicum Antiquae Scholae innotuit).

13. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicæ vocatus :
p. b. o. (ad s. p. t. v. o. n. e. m. s. i. n. g. V. a. l. e. r. i. i. T. r. a. n. s. l. a. t. i. o. n. e. m.)

Hausdorff's i. n. v. i. t. a. t.) -

14. Tengelin, Ernestus : De eo, quod instrumentum circa
blasphemiam.

15. Tengell, Ernestus, Collegii juridici . . . Docentis . . .
i. n. v. i. t. a. t. e. m. l. e. c. t. i. o. n. e. m. c. u. r. s. e. t. d. i. s. s. i. n. g. . . . a
J. h. W. d. l. h. o. H. e. l. m. e. r. t. . . . h. a. b. e. n. d. a. s.

16. Tengell, Ernestus, Facult. juridicæ . . . Docentis
- - - p. r. a. e. v. i. a. i. n. v. i. t. a. t. i. o. n. e. m. l. e. c. t. i. o. n. e. m. c. u. r. s. e. t. d. i. s. s. i. n. g. . . . a
F. i. d. e. r. i. c. o. A. n. g. e. l. t. . . . h. a. b. e. n. d. a. s. . . . p. r. o. s. e. r. i. t.

17. Tengelin, Ernestus : De restricta liberorum dispo-
sitione in pecunia testatrix.

18. Tenzel, Inceptor, Facult. juridicae . . . Decanus
ad lect. curs . . . hacque finita dissertationem
inauguralem . . . a Joh. Theophrast Kirstenis
habendas . . . invitat.

19. Tenzel, Inceptor, Fac. juridicae . . . Decanus :
ad lect. curs . . . hacque finita dissertationem
inaug. . . a Dr. Arnege Georgio Kochio . . . ha-
bendas . . . invitat.

20. Tenzel, Inceptor, Facult. juridicae . . . Decanus : . . . 24
ad lect. curs . . . hacque finita dissertationem
inaug. . . a Dr. Joh. Christiano Lehmanno
. . . habendas . . . invitat.

21. Tenzel, Inceptor, Facult. juridicae . . . Decanus . . .
palato . . . programme lect. beneol. certioratus
facit de lect. curs . . . et hac finita diss. inaugurali

1724.

- ... a Dr. Abrah. Gulp. Locherzig ... habendis.
22. Tenzel, Insuper: De lectione in contractu ambitionis
et venditionis jure naturali plane prohibita, jure
civili autem quodammodo permitta.
23. Tenzel, Insuper, Facult. juridicæ ... Decanus ...
et lect. cursoriam ... hancque finitæ Dr. in an-
gularum ... a Dr. Christiano Will. Lochero ...
habendis ... invitat.
24. Tenzel, Insuper Formis: Dissertatione in qua ...
magistros posturum teneri ex recepto actione
... demonstrationem debent ...
25. Tenzel, Insuper: De eo, quod iustum est circa dona
bona a principe in filios familias maxime col-
lata.

23. Tengell, Ernestus, Facult. juridicæ . . . Decanus
ad lect. curs. . . hancque finita dies inang. . . a Dr.
Joh. Carlo Wethermannus . . . habendas . . . invitat.

24. Tengellus, Ernestus: De jure protimiseo, simul
hanc investitis propt. liberas reversales de liberis
genitum alienandi facultate detas competente

25. Tengell, Ernestus, Collegii juridici . . . Decanus
ad lectionem cursoriam . . . et dissert. inauguralem
a Charol. Godefr. Wulffio . . . habendas invitat.

1728.

1. Fischerus, Joh. Andreas: De discrepantibus meo-
rum, potissimum presentis seculi, sententiis
theoretico-practicis.

2. Heilmann, Elias Fabricius: De austriacis conventio-
nalibus generatiorum nobilitatis immediatae
sive in sex Geschlechtern - Einkommen

3. Tengeli, Emerlus, Decanus Facult. juridicae . . .
invitat ad audiendam lect. cursoriam . . . haecque
fuita disertationem in aq. . . * Dr. Edm. Fritzenes
Helmman habentes.

4. Koch, Georg Hieronymus : De cautione de non
turbando.

5. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicae Decanus
lectori benevole s. et. o. (ad disputationem in aq.
Fritzenesi August. Schneideri invitata).

6. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicae . . . Decanus
lectori benevole s. et. o. (ad disputationem in aq.)

Christiani Gualteri Petermanni invitata) : Dissertationem
6. Meier, Joh. Henricus, Fac. jur. Decanus : Programm, Dissertationem
in aq. Augusti Henrici ^{Wunderlich} ^{pro de iure iur.}

7. Meier, Johannes Henricus : Productio nem Documenta-
rum in iudicio . . . publicae censurae submittit

8. Meier, Joh. Henricus: *Disputationis inang. juridicae,*
systema commentationes in parte notalia illustrandi 4
86. 82
 9 Reinhardt, Tobias Tac.: *Disputationis inang. juridicae*
systema femininarum Saxoni curam negotia absque
curatoribus valida.
10. Reinhardt, Tobias Tac.: *Disputationis inang. juridicae*
systema geminas casus sexus et tactatis differe- 5
rentias cum unum practico ..
11. Reinhardt, Tobias Tac.: *De eo, quod circa dispo-* 6
sitionem plurimum patronorum in praesentatione
parochi, iustum est.
12. Tenzel, Ernestus Hermannus: *De Romanis princi-*
pum irrationabilibus
13. Tenzelius, Ernestus, Facult. juridicae decanus: 7
Programmum inaugurae praemissum sectioni cano-
nicae ... et Disputationis inang. ... a Candidato Joh-
anneseo Olase ... habentis.

1728.

4. Haussdorff, Bernhard Theodorus; Facult. juridicae

Decanus; praevia invitatione ad lect.
Curs... et Dissertationem inaug... a. Berol.

Theodorus Haussdorff... habundans... disci-
vit.

5. Tengell, Ernestus: De legitimis praedii rusticis
possessoribus Saxonico.

6. Tengell, Ernestus, Facult. juridicae... Decanus;

... lectorem b. certiorum facit de terminis
lectioni cursoriae... et Dissertationem inaugurat.
Georg. Hieronymi Koch... praefat.

7. Tengell, Ernestus Ferr. : De vidua defuncti mariti
debita suscipiente, an gaudeat beneficiis Illi
Vellij. et ant. signa matris?

18. Tenzelius, Ernestus, Facult. juridice . . . Decanus.
 Programmæ inaugurale, quo . . . invitatur ad
 audiendam lect. cursoriam . . . hacque finita
 dissertationem inaus. . . a Domino Joh. Christoph.
 Koenig . . . Habendes.
19. Tenzelius, Ernestus: De consensu tacito.
20. Tenzelius, Ernestus, Facult. juridice . . . Decanus.
 Programmæ inaugurale, quo . . . invitatur ad
 audiendam lect. curs. hacque finita diss. inaus.
 a M. Joanne Carolo Schmittio . . . Habendes.
21. Zepper, Bernhardus: De interdectis et cumulatione
 petitorii cum possessione.



1727.10 Pri-Gr. Min. G.
4
10
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA,
DE REPVDIATIONE
HÆREDITATIS DEFERENDÆ,
AC SPECIATIM SAXONICÆ,
QVOD AD RES VXORIS MOBILES,
A DECOCTORE, MOTO CREDITORVM CON-
CVRSV, FACTA, NON VALIDA,

QVAM
RECTORE MAGNIFICO, AC PRO - CANCELLARIO,
REVERENDISSIMO ET PER-ILLVTRI DOMINO,
DOMINO

CHRISTOPHORO IGNATIO
DE GVDENVVS,

EPISCOPO ANEMORIENSI,

EMINENTISS. ARCHI-EPISCOPI, ET PRINC. ELECT. MOGVNT. IN PONTIFICALL.
BVS VICARIO GENERALI, CONSIL. ECCLIES. SIGILLIFERO ET SVEFRAGANEO
ERFORDIENSI, J. V. D. INSIGN. ECCLIES. COLLEG. AD S. SEVER. CAN.
CAPIT. ET SCHOLASTICO, ET REL.

INCLYTV FCTORVM ORDINIS CONSENSV IN PER-
ANTIQA ACADEMIA ERFVRTENSI,
SVB PRÆSIDIO

DN. CONRADI WILH. **Strecker**
J. V. D.

JVD. ELECT. PROVINC. ASSESSORIS, PROF. PVBL. ET SENAT. ERFVRT.

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IURE HONORES ATQVE PRIVI-
LEGIA RITE LEGITIMEQVE CONSEQVENDI,

IN AVLA IVRID. COLLEG. MAJORIS, HORIS CONSVETIS,
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

CASPAR GOTTLOB GRABS, **Fridersd. Lus.**
AD DIEM XXII. JANVARIJ M DCC XXVII.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.




DISERTATIO IN VINDICAM
DE REPVBIICA
HEREDITATIS DEFERENDAE
AC SPECTAMIN Saxonicae
QVOD AD RES VXORIS MOBILES
A DECOCTORE MOTO CREDITORVM CON-
CVRV FACTA NON VALIDV

RECTOR MAGNIFICVS AC PRO-CANCELLARIVS
DOMINI NOSTRI

CHRISTOPHORO IGNAATIO
DE GVDENVS
P R O P O S I T I O
EMITTITUR A RECTORIBVS ET CANCELLARIIS
VNIERSITATIS ALMAE MATRICIS MOGUNTINAE
IN ALIIS QVIBVS DAMUS REBUS AGENDIS ET
ALIOBVS REBUS QVIBVS DAMUS REBUS AGENDIS
ET ALIOBVS REBUS QVIBVS DAMUS REBUS AGENDIS

BY CONRADI WILHELMII
PROVINCIAE
SVABIAE VINDICTAE
LEGIS RITE LEGITIMVS CONSENTIENS
IN ANNO MDCLXXII

CASPAR GOTTLIEB GRAB.
AD ANNO MDCLXXII M DCC XXVII



INCLYTÆ REIPUBLICÆ LAVBANENSIS
COLLEGIO SENATORVM
SPLENDIDISSIMO,

*PRÆNOBILISSIMIS, CONSVLTISSIMIS, AM-
PLISSIMIS ATQVE PRVDENTISSIMIS
DOMINIS,*

DOMINIS
CONSVLIBVS,
SYNDICO,
PRÆTORI,
SENATORIBVS,
VIRIS, PIETATE AC IUSTITIA
MAXIME CONSPICVIS, DIGNITATE,
MERITISQVE GRAVISSIMIS,
DOMINIS, MÆCENATIBVS, PATRO-
NISQVE CERTISSIMIS,

HOC INAVGVRALE SPECIMEN
SVBMISSA ANIMI VENERATIONE, ET VOTO OMNIS
FELICITATIS

CONSECRATVM CVPIIT
GRABSIVS.

NON NASCENDI QUIDEM FELICITATE, SED INSTI-
TUTIONIS ET DOCTRINÆ OLIM PERCEPTÆ
BENEFICIO

SVMMORVMQVE PATRONORVM
ET FAVTORVM FIDVCIA

LAVBANENSIS.

VIRIS PIETATE AC IUSTITIA
MAXIME CONSPICUIS, DIGNITATE
MERITISQVE GRAVISSIMIS
DOMINIS MAECENATIBVS PATRO-
NISQVE CERTISSIMIS
HOC INAUGVRALE SPECIMEN
SÆNISSA ANIMI VENERATIONE ET VOTO OMNIS
FELICITATIS
CONSECRATVM CVRIT
G R A B S I V S



DE
REPVDIATIONE HÆREDITATIS DEFE-
RENDÆ, AC SPECIATIM SAXONICÆ,
QVOD AD RES VXORIS MOBILES, A
DECOCTORE, MOTO CREDITORVM
CONCVRSV FACTA, NON VA-
LIDA.

Recepta hactenus fuit in foro Saxonico
sententia, quod renunciare liceat hæ-
reditati deferenda, non delata. vid.
CARPZ. *Part. 2. Dec. 161.* BERGER. *in Resol.*
leg. obs. ad Lauterb. Lib. 42. Tit. 8. Quæ
in fraud. Cred. RIVIN. *ad ord. Proc. Sax.*
Tit. 41. Enunc. 16. WERNHER. *Scl. obs. for.*
Part. 1. obs. 289. § in Enunc. Jur. Enunc.
485. Immo Facult. Jurid. Lips. ean-
dem opinionem alias secuta, ob claram Juris civilis defini-
tionem l. 134. d. *Reg. Jur. l. 6. pr. §. 2. 4. l. 19. l. 20.* Quæ in
Fraud. Cred. deinceps in aliam ivit sententiam, *Menf. Jan.*
1716. dato Responso, quod debitor obaratus etiam hæredi-
tatem delatam omittit de Jure valeat MENCCK. *ad O. P. S.*
Tit. 41. §. 8. p. 657. Nihilominus tamen & in scabinatu Lipsi-
ensi & in summo Provocationum judicio plane alia no-
sime

sine obtinuit sententia, qua omisso hæreditatis deferenda quoque instabilis declarata, ipsaque hæreditas, quam debitor obaratus expectare poterat, sed repudiaverat, creditoribus est adjudicata. Fuit hæc pronuntiatio res nova & inusitata, mox versata est sermone Advocatorum, ejusque pervagata in foro fama. Hinc opera pretium fore duxi, si de celebri hac quaestione amplius cogitarem & dissertationem, quam jam intenderam. inauguralem conferberem. Sic subnata mihi sunt, quæ hic se sistunt, meditationes. Caterum pro libertate academica in rei veritatem inquisivi, de eo quidem securus, an, quibus usus sum, argumenta, cum iis, quæ forte in ipso conflictu forensi adhibita sunt convenient, an vero ab iis discrepent. Denique cum præsens argumentum pro re ambiguae adjudicationis semper fuerit habitum, ac in re difficili faciles sint lapsus: ideo ab æquis rerum æstimatoribus, me, si erra-vero, veniam quoque facile impetraturum esse spero.

§. I.

Commercia tam quod ad singulos homines, quam integros populos & civitates *necessaria* sunt, *licita* & *utilia*. Utilitas ex abundantia rerum & inopia, honesta libertas, ex necessitate, necessitas ex introducto rerum Dominio, mutuaque hominum indigentia, facile constat. Sed laudata Commercia sæpe non succedunt ex voto, sed homines præcipue mercatores, vel propria culpa, vel casu fortuito ad incitas rediguntur. Hic igitur debitorum obaratorum status est: Qui sine culpa sua bonis lapsi sunt, creditoribus debent satisfacere, ipsi tamen quantum æquitas exigit, conservari. Qui vero culpa vel dolo sunt obarati, condigna pœna afficiendi.

§. II.

Hinc, creditoribus solutionem urgentibus, a judice formatur eorum concursus h. e. debitori bonorum administratio interdicitur, eaque in utilitatem creditorum archius

arctius constringuntur, atque hi ad probanda jura sua conjunguntur. Concurſu ita formato debitori manus velt ligata, ac bona non tam illius quam creditorum ſunt, creditores autem tam inter ſe, quam eum debitore diſceptant, ac jura ſua probant, poſteaſque generali ſententia inter creditores ſit diſtributio.

§. III.

Ex his conſequitur amplius, quod debitor neque ante concurſum, neque formato concurſu in fraudem creditorum aliquid moliri debeat. Speciatim ſefe exerit hic effectus, *in alienatione rerum*: Quae in fraudem creditorum facta, jure naturali irrita eſt, ac creditores, ſi ſuam ex reſidua bonorum maſſa plane non conſequantur, res alienatas revocare poſſunt, quemadmodum etiam apud Romanos Praetor Paulus *l. 38. §. 4. d. uſur. l. 1. §. 1.* Quae in fraud. cred. aequitatem illam agnovit, eamque ab ineptiis ſtricti juris, ſecundum quod jura bonaſque debitoris ad creditores pertinentia illius alienatione extincta cenſebantur, amiſſaque *l. 26. in fin. ff. de contrah. Emt. vindicavit*, quo ſine in Jure Romano prodita *Actio Pauliana* vid. *Tit. ff. quae in fraud. cred. ac ſpeciatim d. l. 1. §. 1. ff. quae in fraud. cred. & d. l. 38. §. 4. de uſuris.*

§. IV.

Illud vero prolixè varieſque diſputatur an *hereditatis repudiatio* in fraudem incidat. *Jure Romano* fraudis expers eſt, qui non acquirit *L. 6. pr. §. ſeq. ff. Quae in fraud. cred.* Cum vero res iſta ambiguae aſſumationis eſſe videatur, Romani, quemadmodum ex *L. 45. de jure Fiſci* apparet, in omnibus caſibus illam ſententiam non ſiat ſecuti, & hodie quoque ſcriptores, in diverſas abeant opiniones, imo, uti in proeemio jam dixi, nuper admodum in toto quaſſio: An decoctor hereditatem uxoris Jure Saxonico ſibi vel deferendam, vel delatam valide repudiare potuerit? ex utraque parte acriter depugnata ſit: igitur operam non inanem me ſuſcepturum conſido, ſi tum in *Regulam Juris Romani*

Romani ejusque rationem inquiram, tum an aliqua sit a regula Exceptio amplius dispiciam.

§. V.

Est igitur regula: Debitor obaratus, qui non acquirit fraudis expers est d. l. o. pr. §. seqq. quæ in fraud. cred. Addit lex laudata rationem regulæ statim in principio, verbis. Pertinet enim Edictum (nempe Actionis Paulianæ) ad diminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur, h. e. non alienat, qui non acquirit; seu: Acquisitiōis omisso non est alienatio. Deinceps eadem Lex §. 2. ad repudiatiōnem hereditatis regulam rationemque suam applicat: Proinde § qui repudiavit hereditatem vel legitimam vel testamentariam non est in ea causa, ut huic edicto locum faciat, noluit enim acquirere, non suum Patrimonium diminuit. Effatum est VLPANI: Qui eandem regulam L. 134. ff. d. R. J. exprimit: Non fraudantur Creditores cum quid non acquiritur a debitore; sed cum quid de bonis diminuitur, ac in L. 119. ff. d. R. J. redit antea laudata ejusdem JCI ratio: non alienat qui duntaxat omittit possessionem.

§. VI.

Multis multa hinc orta est dubitatio, sitne legis hujus sententia absolute lateque accipienda, an verò varie restringenda. Durum enim visum est, non acquiri a debitore, quod acquiri, quodque creditoribus, satisfieri poterat medium. Hinc dubitatum est, an pendente concursu a debitoribus obaratis hereditas valide repudiari queat? quemadmodum istam refert controversiam Dr. de LYNCKER Vol. 2. Resp. 29. §. 181. dubitatum, an repudiatio Legitimæ, a debitore obarato facta, sit licita, cum ipso jure ea videatur quasita? vid. LYNCK. cit. loc. resp. 29. n. 34. Inter illos, qui repudiationem moto concursu factam censent illicitam; præcipuus est SCHILTER. in Prax. Jur. Rom. in ser. Germ. Exerc. ad ff. XLVI. §. 58. Sed in dubio Juri Civili standum esse autumant LYNCKER in Vol. Resp. 29. seqq. §. Resp. 181. Dr. BERGER in Dissert. de Omiss. hered. adde Resol. LL. Obs. ad Tit. ff. que in fraud. Credit. BERLICH P. 2. Dec. 27. §. 114.

STRUV. S. J. C. Tit. *que in fraud. Credit.* MÜLLER *in not. ad Struv.*
 c. I. HORN. *in Consult. Class. 16. Resp. 24.* B. MENCKE *in Comment.*
ad O. P. S. Tit. 41. §. 3. B. OLEARIUS *in Dissert. de Hered. ab in-*
test. success. ex testamento repud. STRYCK. *in not. ad Laut. Que in*
fraud. Cred. KÜNHOLD. *in Diss. de Repud. hereditatis moto con-*
cursu cred. facta Lips. bab. 1724. Denique alii medio ituri tu-
 tissimi, valorem illius repudiationis neque negant, abso-
 lute, neque affirmant, nam distinguunt inter hereditatem
deferendam & delatam, illam sine fraude repudiare posse, non
 hanc existimantes. vid. CARPZOV. *decis. 160.* Testantur etiam
 Dn. de BERGER *in Resol. LL. obst. ad Laut. ad L. XLII. ff. Tit. 8.*
Que in fraud. Cred. & Dn. WERNHER select. observ. for. P. 1. obs.
 289. quod media hæc sententia in Electoratu Saxoniae con-
 stanti usû hæctenus sit servata.

§. VII.

Ni fallor, causa diversarum sententiarum in Legis ra-
 tione ac hujus rationis ambiguitate vertitur. Lex acqui-
 sitionis omissionem ideo censet fraudis expertem, *quod*
non alienat, qui non acquirit. Verum de eo amplius qua-
 ritar, *cur*, aut *quando*, acquisitionis ommissio pro alienatio-
 ne non sit habenda? Iniquum videbarur, *hereditatis dese-*
rende repudiationem non habere pro alienatione, cum li-
 cet effectus Juris nondum existat, Jus tamen redicatum sit
 ac spes lucri ipso Jure competat; magis iniquum repu-
 diare *hereditatem delatam*, cum & Jus maturum præsensque
 & res ipsa prorsus oblata jurisque effectus jam addit; ini-
 quissimum sponte, rejicere medium, quo suam debitor
 obligationem implere atque creditoribus in damno vi-
 tando versantibus satisfacere poterat debebatque. Quæ
 summa est rationum omnium, certe potissimarum, ad
 quas respiciunt illi, qui vel omnem vel delatæ saltem hæ-
 reditatis repudiationem improbant. Et clara tamen est
 Juris civilis definitio, qua hereditatis aliisque Lucri fortui-
 ti, repudiatio, ad Edictum Pratoris, alienationem in frau-
 dem creditorum fieri verans, haud pertinere eamque lu-
 cri oblata, omissionem non esse alienationem, disertis ver-
 bis

B

bis

bis dicitur. Id quod etiam testante B. MENCKENIO *ad Pro-
cess. Disp. 41. §. 8. pag. 657.* effecit, ut in Facultate Juridica
Liptiensi, quæ alias Mens. April. 1706. Jan. 1710. & Mart.
1707. pronunciando respondendoque receptam, in Saxo-
nia, deferendæ atque delatæ hæreditatis distinctionem, me-
diamque sic opinionem secuta est, nihil ominus ob Juris
Civilis haud obscuram dispositionem *L. 134. d. R. J. L. 6. pr.
§. 2. 4. L. 19. L. 20. Quæ in fraud. Cred. L. 5. §. 13. de Donat. int.
Vir. & uxor.* in respondendo Mens. Jan. 1715. contraria sen-
tentia quam propugnat BERLICH *P. 1. Dec. 114. n. 17. seq. Dn.
de BERGER ad Lauterb. p. 255. SANDE L. 3. t. 13. d. 3. vicerit.*

§. VIII.

Quam ob rem opera pretium erit, inquire in ratio-
nes quibus vel Jus Romanum nititur, vel interpretum de-
cisis, quando repudiationem hæreditatis ad alienationem
non pertinere contendunt. Lex dicit acquisitionis omis-
sionem in fraudem Creditorum non incidere, rationem
addit: eum non alienare, qui non acquirit; hujus vero
ulteriorem rationem non ostendit. Hinc, uti antea jam
admonui, VLIAMVS *in c. L.* hac dictione non exponit ra-
tionem Legis, sed propositionem particularem generaliter
saltem eloquitur. Ast interpretes quatuor potissimum
argumenta hæc afferunt. (1) Hæreditas, inquit, dela-
ta ante aditionem, *non est in bonis*, cum ante acceptationem
invis nihil acquiri possit. *L. 63. ad L. Falcid. L. 42. de A.R. D.
atque hæreditas non ut adita vel jam acquisita, sed ut
adeunda adeundoque consequenda deferatur L. 151. d. V.S.
L. 43. §. 4. de furt. L. 13. §. 5. Quod vi aut clam L. 1. pr. d. R. D. L.
140. de Usu cap.* (2) Repudians pergunt, jus suum in ali-
um nec transfert nec transmittit, sed alter hæres ex sua
persona & proprio Jure hæreditatem acquirit, quoniam is
qui nondum adiit, in alios regulariter non transmittit. *L.
9. pr. d. suis & Legit. L. 3. §. 7. de B. P. L. 7. 18. C. de Jure delib.
L. 1. m. §. 5. 13. Cod. de Caduc. toll.* Hinc hæreditas ex testamen-
to delata & repudiata devolvitur ad hæredes ab intestato,

ex Lege oblata atque ab hærede legitimo recufata pervenit ad eum, qui proximus est in ordine fuccedendi.

§. IX.

Amplius (3) Creditores damnum sentire non intelliguntur qui commodo privantur, quod nullo jure exigere poffunt. *arg. L. 24. §. 26. de Damn. inf. L. 63. ad L. Falc.* Neque, (4) ex illorum fententia, compelli potest ad acquirendam hæreditatem debitor, quippe unicuique liberum est adire hæreditatem & non adire. *L. 16. C. de Jure delib. L. 55. de O. & A. coactus hæres vere hæres non fit L. 6. in. f. L. 85. de A. O. H. L. 3. §. 3. de B. P. & quicumque adire potest, regulariter etiam repudiandi habet facultatem L. 18. de A. O. H. l. 40. Eod. L. 174. in. f. de R. J. conf. Dn. D. KVNHOLD. dict. Dissert. §. 5. 6. 10. 14.* Qui receptam opinionem ordine retulit, eamque bene doctæque exposuit.

§. X.

Vera est propositio specialis, quod, qui repudiat hæreditatem, non alienet, adeoque nihil faciat in fraudem creditorum, vera etiam generalis, quod, qui non acquirit, non alienet: sed rationes laudatæ vel obscuriores esse, vel non satis validæ, nec scopum, quem præfixum habent, attingere videntur. Nam quod ad rationem primam attinet, omne quidem firmamentum opinionis receptæ roburque in ea situm esse creditur. *Non est in bonis, non est in bonis* delata nondumque acceptata hæreditas multo minus deferenda! ingeminata Doctorum vox est. Mire autem se torquent interpretes, in interpretando *eo, quod in bonis est*; mox enim idem hoc illis significat, quod esse dicitur in dominio, mox, ubi intelligunt sibi objici dubitationem de juribus aliis realibus, juribus etiam personalibus, dominium, alio plane sensu supponunt, ac pertinentiam Juris seu Jus ad aliquem pertinens domini vocabulo denotant, idque in bonis esse quod perfecte quæsitum est, scil. Jus perfectum cum rebus vel præsentibus vel absentibus dicunt: Quam ob rem jura personalia quoque in bonis esse nemo, credo, inficias ire poterit. Ut ut igitur ipsa hæ-

ditas nondum sit in patrimonium hæredis perfecte redactum, tamen *Spes seu Jus hereditarium* sub hac conditione. *Si debitor supervixerit*, quod ad hereditatem *deferendam* ei competit, quod ad delatam vero *Jus adeundi* jus parum est. Ipsa quoque renunciatio seu repudiatio idem infert; nam Non-Enti non renunciamus, nec id quod non existit, repudiamus. Ante repudiationem ejus, cui hereditas vel deferenda erat, vel delata jus aliorum hæredum erat nimis remotum aut incertum sed ea facta, hoc vel præfens & efficax est, vel saltem ad spem conditionemque meliorem ab alio non impediendam proventum.

§. XI.

Quod ad rationem quam *secundo loco* afferunt, licet hæres alius repudiatione à debitore facta jure proprio succedat, jure tamen antecessoris repudiato ille fruatur, imo fac solo jure suo sequentem succedere hæredem exinde tamen non sequitur, quod repudians Jus nullum habuerit, habuit certe *Jus adeundi*, aut si nondum delata fuit hereditas *Jus spei s. Jus succedendi conditionale*, alias enim meram repudiasset Chimeram: quod autem spes illa fuerit Jus existens utut imperfectum ac nondum maturum, id vel ex eo apparet, quod hoc alteri hæredi obstitit quo minus ejusdem Jus ante fuerit efficax, quam jus repudiantis fuit remotum. In summa siue delatam spectes hereditatem siue deferendam, debitor ea repudiata *repudiat Jus questum*, nempe *Jus acquirendi* seu cernendi hereditatem vel delatam.

§. XII.

Quod vero *tertio loco* dicitur, Creditores damnum haud sentire neque commodum quod debitor repudiat, eos ullo jure exigere posse, argumentum est, cui itidem vis probandi deficit. Utrique damnum sentiunt creditores & commodo privantur, quod Jure suo exigere poterant, nam Jus adeundi, quod debitori competebar, quoque contento creditoribus satisfieri poterat, is repudiat. Quid? *moto concursu quemadmodum alia debitoris jura ita jus adeundi*

adeundi hereditatem vel presentem vel futuram ad creditores pertinet. Neque hic de commodo, quod creditores capient, quaritur, sed de commodo ad quod acquirendum ex pacto cum creditoribus inito, is ideo obligatus est, quod ad debitum solvendum damnumque culpa sua futurum & a creditoribus avertendum jam obligatus est. Quod si vero lex positiva sanxerit quicquam aliud, aut contractus creditorum cum debitoribus initos aliter interpretata sit, ut in *L. 6. Quae in fraud. cred.* factum videtur: tum haec quidem vera est ratio, non ea quam urgent Interpretes, quamque haec impugnatum ivimus.

§. XIII.

Nec melioris notae est ratio quarta: nam liberum cuique non est adire hereditatem & repudiare, si quis, ut adeat, obligatus est, quod sane contingit in debitore obarato, cuius patrimonium debitis exsolvendis non sufficit, quique adeo acquirendi occasionem non recusare, sed damnum creditorum avertere debet. Scio quidem creditoribus remedium civile exinde datum non esse, ob *d. L. 6. Quae in fraud. Cred.* verum, si haec urgere volueris in circulum recurre, idque suppones de quo vel maxime quaritur. Vis rationem suppeditare, cur Lex positiva remedium civile non largiatur creditoribus adversus debitorem, lucrum obveniens vel obventurum recusantem at quando ratio data vocatur in dubium novoque fundamento indiget, tu ipsam Thesin probandam nempe *Leg. 6. Quae in fraud. Cred.* tanquam rationem ultimam affer. Deinceps & hoc addendum: Potest quidem favori iurique pro se introducto renunciare, quilibet, *sed nisi tertii ex Jure perfecto interfit*, quae quidem limitatio in casu presenti manifesta est. Denique opus non est, ut compellatur debitor, quo adeat hereditatem: Nam formato concursu jus adeundi translaturum est in creditores, immo sicut ante concursum quilibet libere res suas alienat, rerumque suarum moderator & arbiter est: ita haec libertas necessariam patitur exceptionem, si vergat alienatio in damnum aliorum, quibus ex pacto

pacto adversus alienantem jus perfecte quassitum est. Tale vero Jus Creditoribus, ob rationem antea datam ex contractibus cum debitore, licet non speciatim intuitu hæreditatis, tamen debiti crediti initis competit. Ceterum, quod hæres vi metuque coactus hæres non fiat. *L. 85. de A. O. H. § 1. 3. §. 3. d. Bon. Poss.* id facile crediderim, quid vero hoc ad debitorem, nec vi nec metu, sed pacto & lege naturali, ad fidem datam, servandam obligatum, eaque obligatione ad hæreditatem adeundam debitaque inde solvenda compulsum?

§. XIV.

Cum itaque rationes vulgo afferri solitæ rem non conficiant aut scopum attingant, de aliis dispiciendum erit, ut firmiori talo stet legis applicatio, nec adeo fluctuet casuum variorum decisio. Sed partes illas à B. TITIO in *Obs. Lauterbach.* 1075. p. 708. jam occupatas deprehendimus. Ita enim laudatus JCtus de acquisitionis omissione philosophatur. *Est hæc, inquit, res ambigue estimationis, adeo ut in utramque partem rationes suppetant, hinc etiam Romani non in omnibus casibus illam sententiam sunt secuti vid. L. 45. de Jur. fisc. & hodie quoque scriptores distinctionem aliquam hic esse adhibendam censent. vid. BERGER in resolut. LL. obsant. ad Tit. Que in fraud. Cred. THOMAS in notis ad Huber post. ad ff. b. t. n. 7. De cetero tamen sententia allata, quod nempe acquisitionis omisso fraudem non involvat, rationibus sat validis, si probe expendatur, viti videtur ut regule locum omnino subire queat, nam creditores solent cum debitore contrabere ratione bonorum presentium, futuris autem rationes superstruere nec possunt nec solent, hinc sicut nullam patiuntur injuriam, si occasio acquirendi plane non occurrat, ita idem videtur dicendum, si oblata nolit debitor uti, imprimis cum abjicere illam solvat. favore illorum, quibus alias obstritus est.*

§. XV.

Verior est hæc ratio solidiorque vulgari, de eo, quod in bonis hæredis non est, carmine. Videamus ista specialius. Creditores cum debitore futuro pacificentes ratione bonorum
pre-

presentium contrahunt, non ratione futurorum Ratio est manifesta. Nam creditores futuris bonis rationes suas superstruere nec possunt nec solent. Neque hujus suppositi fundamentum, si rem recte expendas obscurum est. Bona enim futura sunt fortuita, bona fortuita sunt, quæ casu obveniunt, quæ in fortuna posita h. e. incerta nec certo speranda sunt, sed æque deficere possunt ac existere. Hinc, qui rem suam non dat in aleam, is fundamentum pecuniarum mutuo datarum aliarumque rerum a debitore recuperandarum, in eventu a casu pendente non ponit, quod vero qui facit, aleam jactit h. e. in utramque Fortunam consentit. Fac igitur creditorem debitori bonis sufficientibus haud instructo fide habita animo suo respicere bona futura fortuitaque, nonne rem suam dat in aliam? nonne periculum facit, utrum acquirendi occasio sit occurrentia nec ne? h. e. nonne consentit in omnem eventum, quo spes vel adimpleri vel falli potest. Igitur vero simile est, quod creditores pacto, Jus perfectum in ejusmodi commoda fortuita, quarere nec possint neque adeo soleant. Ex quo amplius sequitur, quod, uti nullam patiuntur injuriam deficiente acquirendi occasione, ita idem dicendum si occasionem oblatam debitor dimittere aut repudiare velit.

§. XVI.

Atque hoc forte est, quod inter vulgares illas rationes præcipua, ad quam ceteræ quidem omnes redeunt, intendit, cum ea hæreditatem vel deferendam vel delatam in bonis hæredis non esse causatur, rem ipsam tamen non satis ad liquidum deducit, aut si alia interpretum mens est, a scopo penitus aberrat, uti ostensum est §. 10. 11. 12. 13. Quomocunque se habeant ista, nos ad dubia, quæ adversus argumenta vulgaria movimus, ipsi, nunc etiam respondebimus. Sit jus acquirendi hæreditatem jus aliquod vel imperfectum vel perfecte jam acquisitum v. §. 19. 20. est tamen jus quod versatur circa rem fortuitam, est jus generale, quod terminatur in juribus incertis, casu saltem obventuris: quam ob rem uti creditores in hujus generis bonis

bonis pactorum securitatem non quarunt, neque forte in pactis incundis de iis cogitant: Ita neque damnum patiuntur aut iniquitatem, si debitor jura incerta retinere, juriumque objecta fortuita acceptare, aut juribus in presenti quidem certis, tempore contractuum tamen fortuitis, uti nolit. Deinde licet factio concursu omnia debitoris jura ad creditores pertineant vid. §. 11. attamen jus acquirendi bona fortuita, quale est hereditas, pendente concursu vel delata, vel deterenda, si non creditorum animo, certe legis positiva, voluntatem paciscentium hic interpretantis, sententia non attenditur, hocque ideo quod uti creditores tempore contractuum rationes suas bonis fortuitis haud superstruxisse, neque adeo ad Jura bonorum futurorum sed presentium & acquirentium respexisse censetur: ita de bonis tempore concursus pendens in fortuna positus idem existimandum videtur, ex quo sponte sequitur, eos *jure perfecto* a debitore, *postulare non posse*, ut is lucrum forte fortuna oblatum acquirat.

§. XVII.

Ea quæ ultimo loco refutandis paralogismis & rationibus falsis partim ab ipsa propositione probanda, partim a libertate juribus pro se introductis renunciandi, partim ab additione coacta desumptis §. 13. dixi, non muto: in eo tamen consentio, quod licet debitor ad satisfaciendum creditoribus adeoque etiam ad adeundam hereditatem sibi oblatam, præcipue concursu pendente, sit obligatus & acquirentis ommissio in vitis debitoribus fiat, tamen lex civilis debitoribus interpretationem & rationem antea relatum, auctoritate sua hanc obligationem non confirmet aut huic creditorum juri adsistat, pro ut ex *L. 6. Quæ in fraud. cred. factis* apparet. Quid mulis? obligatio ratione bonorum fortuitorum debitori incumbens, eique jus creditorum respondens, in foro civili non attenditur, sed tota res pudori creditoris ac conscientia soli relinquitur, immo pro diversitate circumstantiarum etiam ipso jure naturali obligatio cessare potest. Hinc debitor obaratus quidem, sed

non sua culpa, sed infortunio, magis obligatus videtur, ut in favorem conjugis, ac liberorum hæreditatem delatam, vel deferendam repudiet, quam ut in præteritiam creditorum eam acceptet.

§. XVIII.

Stat igitur sententia, quod debitor obætatus repudiare queat hæreditatem, nec in fraudem ista lucri omiffio incidat. Hactenus igitur non est, cur distinguamus, inter hæreditatem ex testamento, & ab intestato, neque aliud statuendum, licet aliquid ipso jure acquiratur. e. g. Legitima. Itemque discrimen nullum est inter statum debitoris ante & post concursum formatum, nam eadem ubique est ratio ut ex hactenus dictis constabit. Postremo, licet usus forensis in Electoratu Saxoniz distinguat inter hæreditatem deferendam cui licite renunciari posse, & delatam, cui renunciari non posse censetur, tamen, si res in se spectetur, neque hac distinctione opus est, cum ob rationem antea datam locum habeat repudiatio absque illo discrimine sitque utroque respectu licita: adde quod usus forensis utut immanis alioquin tyrannus nec legi semel receptæ derogare, nec ea, prolubitu suo abrogata, novam ferre potest, quin prout fata ferunt, bonis rationibus nunquam cedere solet.

§. XIX.

Hactenus de regula, nunc videamus, an locum quoque habeat una alterave *Exceptio*? Et primo quidem ex legis Sanctione, *debitor fisci* in hujus utilitatem acquirere tenetur, adeoque acquisitionis omiffio, si Fiscum respiciat, fraudem involvit, ac instabilis est. *L. 45. pr. de Jur. Fisc.* vid. Dn. THOMASIVS in *notis ad HUBER. Post. ff. de His que in fraud. cred. n. 7.* Deinde hæreditatem aliave emolumenta tortuita repudiare non licet, si quis pacto expresso vel tacito ad acquirendum se obstrinxit. Sic ubi mutuo data cuiquam est pecunia aut fides de pretio vel mercede habitæ usque dum ad meliorem is fortunam pervenerit, aut cum conditione creditum est, ut mutuum restituat de-

C

bitor.

bitor, vel aliud quod solvendum solvat, si delata ipsi fuerit hereditas, si munus obtentum, aliudve lucrum obvenit: Utrique promissor, vi pacti expressi, ad acquirendum obligatus est. Qui vero hereditatem sive presentem sive futuram alteri vendidit, is eo ipso tacite pollicitus est ejus additionem. Hinc, si venditor acquisitionem hereditatis delatam omittere vellet, pactio effectu suo destitueretur. Falsa foret fides ac venditor, vi legis naturalis, de nemine laedendo fideque servanda, hereditatem sibi delatam adire atque jus hereditatem deferendam ad eundem conservare teneretur.

§. XX.

Duas illas, quæ jam commemorata sunt, Exceptiones vulgo etiam agnoscunt, alteram enim *L. 45. pr. de Jure Fise.* discretis verbis indicat, alteram communis pactorum natura facile insinuat. Sed præter eas adhuc aliam admittendam esse putem. Nimirum regula non comprehendi videntur. *Decoctorum seu debitores dolosi, in primis illi, qui Dominio aliove Jure revocabili gaudent, idque si mors ejus a quo causam habent præveniat irrevocabiliter acquirunt.* Exemplum Jure Saxonico se offert in marito, utpote qui Dominium habet in bonis uxoris dotalibus, usum fructum in paraphernalibus, immò jus prohibendi, ne uxor in damnum ejus aliquid alienet, & denique, si mors uxoris præveniat, jus succedendi in rebus mobilibus.

§. XXI.

Antequam vero ad ipsam exceptionis novæ probationem me accingam, illud in antecessum admonere velim distinctionem hereditatis in deferendam & delatam in præfenti negotio utrique rationem habere, cum in hac Jus debitoris sit certum & existens, in illa incertum atque futurum, saltem ulterioris indaginis & peculiari disquisitione digna foret repudiationis, quæ hereditatem delatam attinget, moralitas. Hinc illa hactenus missa in præfenti ad repudiationem hereditatis deferendam saltem respicere libet. *Decoctorum igitur, præcipue se sunt mariti Saxonici, nostra quidem*

se.

sententia, hereditatem deferendam moto concursu repudiare non posse, atque si hoc faciant, fraudis ac alienationis dolose rei esse videtur. Tria sunt momenta, quæ nostra heic urget exceptio 1) Debitoris dolus, jam ante repudiationem commissus 2) Hereditas legitima, certior quam alia 3) Vis concursus à creditoribus, auctoritate iudicis, formatus. Videamus ista paulo accuratius.

§. XXII.

Quod dolus vel in contractibus vel in dissipatione bonorum a debitore obarato commissus, repudiationem hereditatis postea secutam vitiet, rationibus sequentibus probatam dabimus. 1) Legum nimis generaliter loquentium ea est indoles, ut evitandæ absurditati, quæ ex sanctione nimis generali sequeretur, opus habeant interpretatione restrictiva. Id quod merito etiam ad *L. 6. Que in fraud. Cred.* ceterasque leges huc pertinentes observandum esse putem. Nam verba legis generaliter concepta sunt, nec debitores iisdem distinguntur: communibus vero æquitatis principis repugnare videtur, si regulam laudatam promiscue accipere atque adeo de debitoribus etiam dolosis eam intelligere debeamus. 2) Interpretes si religioni sibi non duxerunt hereditatem distinguere ac æquitatis dictamine permoti necessum esse putarunt, ut verba legis generalia ad hereditatem deferendam restringerent, ad delatam non extenderent vid. WERNHER. *observ. p. 1. Obs. 289.* profecto magis æquam erit distinguere debitorem in simplicem, qui citra culpam suam infortunio casuque aut non nisi imprudentia sua obaratus est, & dolosum qui vel vitio suo patrimonio excidit, vel dolo suo creditores ad paciscendum induxit, aut etiam eo tempore quo fugam paravit, grande pondus auri argenticque mutuatus est. Æquum erit, inquam, debitores ita distinguere, ut illi, non huic hereditatem deferendam repudiare liceat.

§. XXIII.

Nam 3) jura civilia decipientibus non subveniunt sed deceptis *L. 2. C. Si min. se maj. dix. l. 2. §. 3. ad S&C. Vellej.* multo

minus leges naturales negotiis in se licitis eandem vim tribuunt, si agentium dolus intervenerit, quam cessante agentium dolo iis impertire solent. Talia igitur in dicta *L. 6. Quae in fraud. Cred.* supponi debent subiecta qualia permittuntur esse a suis praedictis. Igitur quod acquisitionis omisio, utut alias licita foret, licita tamen non est, ubi debitor dolosus lucri acquisitionem omittit, hoc ipsa doli causa efficit. Nam debitor ante renunciacionis actum creditores dolo circumvenit, hinc idem doli vitium postea renunciacionis actui non potest non esse innexum, actus vero, quem dolus vitiat, nullus est ac irritus. Patet hoc vel ex substrata materia de qua *lex 134. de Reg. Jur.* loquitur. Ait *ULPIANVS: Non fraudantur creditores, cum quid non acquiratur a Debitore.* Ita est. Jam vero si creditores non fraudantur in omisione acquisitionis, necesse est, supponere debitorem, qui ante illam acquirendi occasionem fraudem adversus creditores non commisit: Nam qui alios decipit in ipso contractu, is etiam decipit, in repudiatione mediorum, laesioni dolosa reparanda aptorum. Quemadmodum fur semper est in mora licet res furto ablata casti peccat: ita decoctor semper est in reatu fraudis sive de bonis quicquam diminuat, sive aliquid non acquirat, seu bona futura ex quibus damnum dolo datum reparari posset in antecessum sponte repudiat. *arg. L. f. de Condit. furt. L. 23. de V. O.*

§. XXIV.

Certe 4) quod omisso acquisitionis nonnunquam incurrat in reprehensionem & fraudem, hujus rei exemplum satis luculentum praebet *omissio acquisitionis, quae fiscum respicit*, quoad hunc enim, idem quod circa alienationem, ut ait *PAVLVS, juris est, & si non queratur. l. 45. pr. de Jur. Fisci.* Intelligo quidem, quid hic obijci queat, nempe singularem hanc esse exceptionem, expressa lege in favorem Fisci constitutum: Sed neque argumentum inde duco ad quaestionem propositam, id saltem intendo, ex exemplo allato constare, quod *regula secundum quam fraudis expert est, qui non acqui*

acquirat, tam constans & perpetua non fit, ut nullam admit-
tat aequitatis vel exceptionem vel interpretationem. Sic
igitur singularis exceptio intuitu fisci, fit exceptio illa fun-
data ratione singulari, quæ vel utilitas reipublicæ vel solus
fisci favor est: hæc tamen sufficit, singularem quoque exce-
ptionis rationem esse, quando repudiatio lucri acquiren-
di debitorem dolosum & creditores ab eo deceptos respi-
cit. Quæ vero illa sit, jam ostensum est. Dolus præce-
dens in contrahendo aut dissipando commissus in repudia-
tionem hæreditatis postea sequentem influit, eamque vi-
tiat. Bene se habet regula; *Non fraudantur creditores, cum
quid non acquiritur a debitore. l. 134. d. R. I.* Quemadmodum
vero lex, alia, eam acquisitionis restrictionem, quæ respicit fiscum
h. e. creditorem favore dignum, ab illa regula excipit, frau-
disque reum dicit debitorem, qui non acquirit: ita lex na-
turalis, quæ leges positivas adeoque & titulum: *Que in fraud.*
Cred. secundum substratam materiam & conditionem per-
sonarum recte interpretari præcipit, exceptionem, quod ad
debitores odio dignos, h. e. dolosos & circumstantias concurren-
tes suppeditat. In summa, lex positiva restrictionem ali-
quam non respuit, æquitas vero eam vel suadet vel præci-
pit: igitur hanc in dubio sequendam esse ratio exigit. Cer-
te, leges civiles etiam hoc principium inculcant. l. 8. Cod.
d. Judic. §. 8. J. Mand. l. 3. d. offic. prætor. l. 9. & 200. d. Reg.
Jur.

§. XXV.

Equidem §) graviter obflare videtur iurium rerum-
que ex eventu incerto pendentium natura, ex qua nos ipsi
repudiationem hæreditatis ejusdemque moralitatem paullo
ante dijudicavimus §. 17. 16. 17. Nam (*) si alienationem
eique oppositam acquisitionis omissionem exputemus:
alienatio supponit jus certum & existens. Hæreditas de-
ferenda est licet futurum, est jus vivente eo, cui alter
successurus est, incertum, non saltem ratione tunc quando,
sed etiam ratione tunc an? immo penitus cessare potest. Ergo
hæreditas futura, quanta quanta est, nil nisi spes est, spes
valde

valde remota & incerta, immo dum ea bona uxoris mobilio attinet, spes improba, quæ votum captanda mortis personæ conjunctissimæ indicat. Hinc si hæreditati deferenda renunciatur spei saltem incertæ renunciatur, non juri revera existenti. Ex quo amplius consequitur, quod illi quidem repudiationi nulla infit alienatio. Si vero repudiatio non est alienatio, nec erit alienatio fraudulenta, qui Non-Entis nullæ sunt affectiones. (a) Quid igitur illa est? Si non est alienatio? certe acquisitionis omisio. Sed hæc ob easdem rationes nullo laborabit vicio. Nam objectum quod debitor respuit, idem est hæreditas futura hærens nominale, non participiale, est objectum quod nondum existit, & cujus existentia futura ex casu pendet. Hinc actus, quo debitor in antecessum mentem suam declarat, quod hæreditatem suo tempore forte obventuram acquirere nolit, creditoribus haud nocet, nec eos fallit, quippe qui spem solutionis a debitore exigenda in rebus adeo fortuitis ponere nec possunt nec solent. (b) Ast ne quid dissimulare videamus, omisio acquisitionis supponit jus, vi cujus aliquis omittere aut respuere aliquid potest: igitur libertas s. facultas præfens s. jus acquirendi hæreditatem aliquando futuram favore aliorum v. g. liberorum abjicitur: id quod alienationem in fraudem creditorum utique innuere videtur. Verum enim vero uti objectum ejus incertum est & ex eventu pendet, ita hæc ipsa, quæ penes debitorem est, facultas hactenus etiam effectum præstantiorem nemini polliceri potest. Neque vero tale jus objectum Edicti Prætorii aut concursus arrestique Saxonici fuit unquam aut erit, certe non magis quam jus acceptandi respuendique Thesaurum, si debitor aliquem forte fortuna invenerit. (c) Cum igitur res ipsa, de qua controversia hæc est, eandem retineat naturam sive ad debitorem simplicem sive dolosum eam referas, eadem erit in utroque, quod ad hæreditatis futuræ repudiationem, moralitas.

§. XXVI.

Ita sane de veritate exceptionis nostræ dubitari poterat. Sed salva res est. (a) Fatemur omissionem acquisitionis, imprimis eam quæ jus hæreditarium ratione quando & an, in certum, respuit, proprie non esse alienationem, sed neque opus habemus alienationis argumento. Nam in casu æris alieni dolo constati ac juris hæreditarii, moto concursu, repudiati, non tam de alienatione jurium fortuitorum, quam de omissione acquisitionis & repudiatione, in antecessum, si occasio hæreditatis acquirendæ postea contigerit, facta, ejusque moralitate quæstio est. (b) Quod vero ad ipsam acquisitionis omissionem seu pactum, quo hæreditati deferendæ renunciatur, attinet, clara quidem sunt verba l. 174. d. R. l. § l. 6. *Quæ in fraud. Cred.* quod non fraudentur creditores, cum quid non acquiritur: sed considerandum etiam est, quod hæc res ambigua sit æstimationis, dubiumque annon pro diversitate circumstantiarum aliquando fraudentur creditores, cum quid non acquiritur h. e. an creditores nunquam nulloque modo hæreditates a debitoribus expectandas respiciant, an vero aliquando, itemque an leges civiles nullo habito debitorum, creditorum, negotiorum iisque advenientium circumstantiarum respectu tam benigne pro debitoribus, tamque rigide adversus creditores omissionem acquisitionis interpretentur? Hinc celebres illæ circa hanc doctrinam dubitationes, & animo sub dubitante nonnulli hanc legum definitionem repetunt, v. g. *non vero creditur*, inquirunt, esse alienatum, quando lucrum speratum vel jam delatum est repudiatum. Conf. MENCK. *Synops. Pandect. ad Tit. 8. §. 7. p. 905.* alii fati aperte ut TITIVS in *observ. Lauterb. obs. 1057. verb.* Est hæc res dubie æstimationis, adeo ut in utramque partem rationes suppetant. Et sane, si naturæ rei absolute repugnaret, aliquem fraudis reum pronunciare, cum non acquirit, tum neque fisci debitor in eo casu fraudis accusari posset, quem admodum autem jam admonitum est §. 24. Quæ cum ita sint, regulæ locum subire quidem potest juris civilis definitio,

nitio, ex qua fraudem non involvit acquisitionis omisio: attamen leges civiles, quæ alias dolum cum damno alterius in actum externum erumpentem conscientia foro committere non solent, duplicem dolum, quo & res alienum constatum & postea mediis ad satisfaciendum forte idoneis renunciatum est, in meliorem partem interpretatas esse, hoc sane ejusmodi non est, ut credi facile possit. Quid igitur in dubio faciendum? id quod æquius est sequimur h. e. pro causa creditorum deceptione laforum legem interpretamur.

§. XXVII.

Proinde (v) quid absurditatis est? abjudicare homini dolo suo jus respuendi hereditatem incertam, suo tempore tamen sperandam & tribuere creditoribus jus illam acquirendi, secundum illud: *Facimus, ut quimus, quando, ut volumus, non licet*; præcipue si hereditas futura vix alia ratione intercipi potest, quam si mors mariti eam prævertat. Nec est, quod spes hereditatis semper & absolute in malam partem accipiatur, cum, sine voto mortem alterius capta, animo indifferenti, qui mortem alterius cogitat quidem sed non optat, hereditas expectari queat, quo sensu etiam PAPINIANVS in l. f. d. suis & legit. vocabulo sperare de successione filiarum & hereditate paterna usus est.

§. XXVIII.

Equidem (v) in repudiatione hereditatis futuræ sive debitorem innocentem supponamus, sive deceptorem, nulla diversitatis ratio, quod ad rei naturam ejusque moralitatem subesse videtur. Nam idem est ejus quod repudiatur incertum ratione quando & an, hoc est, sive tempus respiciet sive conditionem. Ex quo amplius sequitur, quod creditores non magis in uno quam altero casu bona debitoris fortuita respexerint aut respicere potuerint, adeoque nullam patiantur injuriam, si debitor occasione, non dicam oblata, sed futura & sperata noluit uti. E contrario si dicamus aliud obtinere, moto concursu, qui statum debitoris solvendo vel penitus inidoneum, vel non
fatis

fatis idoneum ostendit, tum æque durum erit creditori-
 bus, si debitor non dolosus atque si dolosus sperata sol-
 vendi media de industria ideò repudiat, ne creditores
 rem speratam capiant, sed ut conjugii potius aut liberis
 ea cedat. Verum si intendamus ultra animum, difficile
 non erit invenire insignem diversitatis rationem. Istud
 enim argumentum, quod creditores successione debi-
 torum legitimis aliisque lucris in spe positis rationes
 suas non superstruxerint, cum confectariis, verisimile
 quidem est, sed non absolute verum; an acquisitionis
 ommissio fraudem involvat? hoc lubricis plerumque cir-
 cumstantiis implicitum est, sed non semper aut omni re-
 spectu; Durum est, pendente concursu, media solvendi
 sperare posse, & tamen pati debere, ut ea favore aliorum
 a debitore objiciantur, sed tamen magis durum, hoc pati
 a debitore doloso, qui postquam ipsa pactione decepti
 creditores doloque æs alienum conflagit, aut vitio suo de-
 coxit, nunc etiam & pendente jam concursu media, si
 non certa, tamen sperata & ad solvendum qualitercunque
 apta, ne cedant creditoribus, sponte repudiat; accedit,
 quod creditores quidem ad minimum tempore contra-
 ctuum initorum, in utramque fortunam, ratione bono-
 rum futurorum & ex casu pendendum, adeoque tam in-
 acquisitionem illorum, quam acquisitionis omissionem
 consensisse videntur, sed donec debitorem bonæ fidei vi-
 rum esse existimant, quod secus est, ubi dolo se deceptos
 esse cognoscunt. Quæ si computes, facile constabit regu-
 lam juris recepti non ita esse accipiendam aut appli-
 candam, ut nulla habeatur circumstantiarum & æquitatis
 ratio. Nimirum uti conditio debitorum insignem diver-
 sitatem innuit, quam ea, quæ circumstant, amplius au-
 gent: itaqueque diversam legis mentem agnoscere, ac in
 verbis generaliter conceptis, æquitate suffragante, id quod
 minimum ac æquissimum, sequi par est. Nulli vero du-
 bitamus, quin rectius meliusque sit, succurrere deceptis,
 quam aliis, quibus ob alias causas obstrictus erat deceptor.

D

§. XXIX.

§. XXIX.

Immo fac debitorem obaratum non esse dolosum, fac bene se habere pactum super hereditate repudianda, favore conjugis aut liberorum, celebratum, ita tamen ex regula, præcipue si pauperes sint illi suaque jam calamitate premantur: quid vero dicendum, si jam divites, si habeant unde vivant, & conditione suâ convenienter se ex hibeant? nonne regula novam patietur exceptionem? porro, si ejusmodi circumstantias extra legum civilium tabulas constitutas esse putes, quod ad debitorem innocentem, idem sine justitia suffragio dixeris de renunciatione deceptoris, non quasi imputandum aliquid infontibus, quorum favore pactio renunciata inita est, sed quia debitores dolosi eorumque actus quibus acquisitionem futuram dimittunt sub lege 6. *Quæ in fr. cred.* cæterisque, quatenus debitori omissionem acquisitionis permittunt, non comprehenduntur.

§. XXX.

Pergimus nunc ad secundum exceptionis fundamentum, nempe *ius in rebus uxoris mobilibus marito, lege Saxonica & consensione thalami questum.* Summa dicendorum hæc est: Marito in bonis uxoris mobilibus, ea vivente, jam competit vel dominium vel aliud jus efficax, regulariter non nisi mortuo ante uxorem marito revocabile, jus tamen succedendi, si mors uxoris prævertat, ab hac vivente non disturbandum: huic jure Saxonico legitima in bonis uxorum mobilibus successio certior est, quam successiones legitimæ jure civili datæ: ac proinde debitorem, ob hæc juris hereditarii qualitatem tanto minus hereditati deferendæ citra fraudationis notam renunciare posse, quo magis ipsi ex alia causâ dolus jam obstitit. Quædere non nihil specialius nunc videbimus.

§. XXXI.

Nimirum successio mariti Saxonici in res uxoris mobiles (1) est jus, vivente uxore radicatum, estque successio certior successione legitima civili: nam in rebus dotalibus

bus ipsi regulariter competit dominium casu mortis de-
 mum revocabile, at, morte uxoris praveniente, irrevoca-
 bile; in paraphernalibus ei datus est usus fructus, qui, si
 mors uxoris mortem mariti praverat, cum proprietate
 consolidatur; praterea uxor de rebus suis quicquam alie-
 nare nequit, nisi consentiat maritus. Hinc lege Romana,
 de acquisitionis omissione caventem, ad hanc successio-
 nem Saxoniam non pertinere, neque adeo ad hunc ca-
 sum applicandam esse putamus. Quemadmodum enim
 jura hactenus laudata, vivente utroque conjugis sunt jura
 marito perfecte qualita bonaque presentia: ita jus in
 bona mobilia dotalia ad effectum dominii irrevocabilis,
 in mobilia paraphernalia ad effectum dominii pleni, nec
 non inceteras res mobiles succedendi marito, ab uxore
 sua neque actu intervivos neque ultima voluntate, sed so-
 la ipsius mariti morte, si hac praverat, intercipi potest.
 Quis ergo negare poterit, hoc jus mariti hereditarium
 Saxonicum magis radicum esse, quam jus ab intestato
 succedendi lege civili definitum, variis modis tam inter-
 vivos, quam mortis causa frustrationem pati solitum.
 Quamvis etiam successio hac Saxonica fortuita sit, quod
 ad casum mortis: alicquintamen satis certa est, bonaque
 attinet, quibus etiam ante mortis eventum jam fruitur
 maritus, postea in iisdem plene successurus, bona, qua
 ita jam sunt in futuri heredis potestate ut excepto mor-
 tis pravenientis casu, voluntas alterius cui successurus est,
 successionem subvertere nequeat. Quamobrem licet in-
 certum sit, an uxor ante maritum sit moritura: tamen
 neque certum est, pravenituram esse mortem mariti. Ha-
 ctenus sufficit, quod uxor, nisi fatum intervenerit, futu-
 ram mariti successionem, voluntate sua inanem reddere
 nequeat.

§. XXXII.

Hanc rerum conditionem (2) creditores cum mari-
 to pacifices non ignorant, certiore esse hanc juris
 Saxonici legitimam civili, satis intelligunt. Dubium igitur

zur non est, quin illi, si non præcipue, tamen in subsidium omnemque eventum, spem rerum suarum a debitore recuperandarum in illo successione jure collocare eoque rerum statu confidere possint & soleant, si non satis tuto, tamen suo modo. Forte spes illa denuo videbitur improba? cum debitores de solutione ex hæreditate præstanda, creditores capienda sint, solliciti: ea, fateor, est plerumque ingenii humani indoles. Sed in præsentî negotio cessat causa, quæ partes ad inhumanum affectum impellat, quippe maritus uxore vivente, bonis illius jam fruitur, quod in creditorum quoque utilitatem cedit. Fac etiam plus esse in ipsâ successione, quam aliqua bonorum communione tamen necessario non sequitur, quod, qui scit sibi jus esse capiendi quandoque hæreditatem alterius, mortem ejus capet.

§. XXXIII.

Profecto (3) parum abest, quia seposito dolo ad negotium antecedens pertinente, ob hanc solam hæreditatis futuræ conditionem fraudentur creditores, cum ea non acquiritur: qualem igitur pronuntiabimus sententiam, ubi laudata objecti qualitas cum dolo subjecti conjuncta est? Pactio hæreditatem futuram repudians, ex aliis causis jamjam dolosa versatur etiam circa hæreditatem, quæ, quod ad incertum existentiam, ab aliis bonis fortuitis diversa est. Sic dolus antecedens, qui creditores pacifcentes deceperat, vitium adfert renunciacioni consequenti, quæ in antecessum abjicit hæreditatem futuram, & juris hæreditarii qualitas, quæ vel sola repudiantem fraudis arguere poterat, efficit, ut ejus repudiatio vitium suum augeat. Quid restat? quo minus hæc acquisitionis omisio habeatur pro alienatione? Quod si alienatio non est: fraudationi sane nil restat. Igitur necesse est, ut eam sub lege 6. *Quæ in fraud. cred. l. 119. d. R. J. l. 134. Eod.* non comprehensam esse dicamus.

§. XXXIV.

Hiscæ se adjungit *tertium* exceptionis nostræ fundamentum.

mentum, *vis arresti Saxonici motique concursus*. Et hoc enim formato debitoribus interdicta est, jurium & bonorum non modo presentium, sed etiam futurorum administratio. Ita diserte in *O. P. S. El. Tit. 51. §. 8. 9. Tit. 48. §. 1.* Wenn aber in unserer Canzley auf des Gläubigers Ansuchen, von unsertwegen Arrest insgemein auf alle des Schuldners Güter angenommen wird, soll sich derselbe nicht allein auf die, so ohne Mittel unter uns gelegen, sondern auch auf alle sein Vermögen, so in unsern Landen anzutreffen, es sey Lehn oder Erbe, wie auch bona futura, und was der Schuldner noch acquiriren und erlangen möchte erstrecken. In summa, formato creditorum concursu debitori manus ita ligatae sunt, ut contra eum, si quid in fraudem creditorum dolose molitur, inquisitio etiam institui possit. vid. *RIVIN. ad O. P. S. lib. 41. Enunc. 26.* Nec scopo, quem hoc argumento spectamus, officit, quod secundum *O. P. S. Ex Nov. Tit. 48. & Tit. 51.* Jus reale per arrestum amplius impetrari nequit: nam nihilominus factio concursu & impleto magistratu creditores impetrant, *judicalem adversus debitorem inhibitionem quae nullitatem alienationis contra jus a debitore susceptae inducit.* Nec ab hoc instituto abluat jus civile Romanum secundum quod alienatio ante motum concursum in fraudem creditorum facta ab his revocari poterat. *l. 1. §. 15. Quae in fr. cred. postea facta ipso jure nulla erat. l. 1. l. f. C. de prator. pign.*

§. XXXV.

Atque, ut eo deveniamus, quotendit animus, jure civili, moto etiam concursu, ad actionem Paulianam instituendam requiritur, ut alienatio *positiva* subsit, h. e. ut quid ex patrimonio debitoris omisum sit *l. 1. §. f. l. 2. l. 3. l. 4. 5. Quae in fraud. cred.* minime vero huc pertinet, si quod acquirere creditor potuit, non acquisivit in fraudem creditorum *l. 6. pr. Quae in fraud. cred. l. 28. d. V. S. l. 134. f. d. R. J. l. 3. C. cod.* Neque alia est juris Elect. Sax. sententia in allegat. *O. P. S.* tam antiqua quam nova. Etsi enim bonorum futurorum ibi fit mentio: tamen si ad scopum legis materiamque substratam v. g. pignus aut alienationem

respicias, bona futura ibi non considerantur in statu spei vel casus futuri & acquisitionis faciendæ, sed acquisitionis faciendæ sed acquisitionis factæ jurisque perfectæ quasitæ, ut *dist. Ord. Proc. Sax. Tit. 48. §. 1. verb.* auch die bona futura, die der debitor hernach quöcunq; modo erlangen möchte, § *Tit. 51. §. 8. verb.* wie auch auf bona futura und was der Schuldner noch acquiriren und erlangen möchte, sensus sit: *afflicere prohibitionem alienationis non saltem jura bonaque præsentia & jam quasita, sed etiam quæ pendente concursu acquiruntur, seu bona acquirenda, h. e. quæ postea acquisita erunt, quemadmodum etiam B. CARPZOV. in Process. Tit. 21. §. 9. n. 44. formam bonorum futurorum his verbis exprimit: bona post arrestum impetratum acquisita.* Quamobrem jura eorumque objecta, post formatum concursum debitori acquisita, habile alienationis objectum sunt, ac si alienentur, hoc læsionem positivam & fraudem in volvit. E contrario jura eorumque objecta, quæ debitor post formatum concursum nondum acquisivit, ea nec amittere aut alienare, nec eorum quicquam ad creditores pertinere potest.

§. XXXVI.

Ita sane pronuncianum est ex regula. Quemadmodum vero hætenus ostensum, incongrue illam applicari ad debitorem dolosum, ejusque repudiationem, imprimis si hæc respiciat hæreditatem cujus tantum non est, quantum alias esse solet incertum: ita tantum abest, ut a vi formati concursus illa sit immunis, ut potius libertatem, qua debitor amandaturus est, portionem statutariam Saxonicam, magis constringat. Nam primo redit illud, quod statim sub initum ursumus, ambigua hujus rei æstimatio. Non satis liquet utrum repudiatio hæreditatis fraudem involvat, adeoque illicita & instabilis ea sit, nec ne? Dein licet jura civilia hanc rem in eam partem acceperint, ut fraudis expers esse censeatur, qui non acquirit: tamen adversus creditores illa interpretatio nimis dura videtur, si pariter ad debitorem dolosum & impostorem respiciat, ne que-

que etiam natura negotii adeo latam explicationem decisionemque exigit, cum, si vel maxime debitorem infontem supponas, in utramque partem rationes suppetant; hinc, concurrente peculiari hereditatis qualitate, de coctores dolosos eorumque pacta, quibus hereditatibus futuris renunciant, sub lege non comprehendi hactenus non immerito existimavimus. Ast circumstantiis jam memoratis novum accedit momentum quod rem potestremo conficit vis & indoles formati concursus: quo si debitori etiam non doloso, potestas exercendi jura adimitur, illa magis adempta erit debitori doloso. Ut vero ex eadem regula omissio acquisitionis vel ipso concursus pendentis tempore facta, fraudis expertus est: tamen non expertus erit, si illa fiat a fraudatore, si fiat intuitu portionis statutariae Saxonicae, non alio quam mortis casu turbanda. Nam formato concursu patescit rem creditorum in periculo versari: hinc si ante motum concursus de bonis a debitore sperandis acquirendisque non cogitarunt, profecto nunc fortuiti casus sub regulam concursus veniunt, creditoribus animadvertentibus, interesse sua, ne omittatur a debitore lucrum aut repudietur hereditas, illius praecipue, cujus incerta nonnullis temperata sunt circumstantiis. Iterum scio legem civilem in actione pauliana, disertis verbis eum, qui non acquirit, fraudis expertem dixisse, sed legem, in rebus dubiis generaliter aliquid definitentem ipsamque hujus definitionis sententiam, gravibus de causis, in casu hereditatis ab inopstere repudiata, adhuc dubiam, ex aequitatis regula interpretandam esse non ignoro, a quos autem rerum astimatores consensuros confido.

§. XXXVII.

Plerasque, quae passim formari solent objectiones, jam praecupavimus. Videamus tamen & alias. Primo loco (1) nobis opponitur vulgatum illud: *lege non distinguente neque nos distinguere debemus*, arg. l. 8. de publ. in rem act. Jam vero, iniquit dissentientes, lex 6. *Quae in fraud. cred. generaliter*

raliter loquitur, nec debitores distingvit, igitur non solum debitor *simplex*, sed etiam *dolosus*, lucrum sine fraude repudiat. Sed nos aequitate iubente, *limitamus* laudatum axioma. Inhaerendum est legi non distinguendi, *si nullum sequitur absurdum, nec aliqua emergit iniquitas*, quod sane contingeret, si fraudatoribus, pendente etiam concursu, integrum foret, continuare fraudem in contrahendo commissam & mediis acquirendi repudiatis efficere, ut damnum dolo datum reparabile, dolo continuato irreparabile fiat. Deinde (2) obicitur, meditationes nostras pertinere ad consilia saltem & *legem ferendam*, non legem latam, qua hodie utimur, hinc lege nova non lata, inhaerendum *legi 6. 1. qua in fraud. cred.* Verum nec opus est nova legislatione, cum hic sufficiat interpretatio genuina. Recte saltem explicari debet jus civile & sponte patebit sententia nostra veritas. Leges civiles de alienatione in fraudem creditorum facta disponentes omissionem acquisitionis interpretantur, eamque ad alienationem non pertinere statuunt. Hæc interpretatio, a legibus facta limitatur ab aequitate & ad debitores simplices exclusis decoctoribus restringitur.

§. XXXVIII.

Porro (3) caussantur adversarii, invito non obrudi beneficium. Quæ tamen oppositio rem præsentem non atinet. Nam debitori dolo nec a benefactore nec a lege successionem definiente beneficium obruditur: sed ex lege de damno, quod fraude doloque datum est, refarciendo, is obligatur, ut ne beneficium aut rem damnis creditorum avertendis idoneam, respuat. (4) Pergit adversa sententia, juri suo, sicuti quemvis, ita speciatim debitorem obaratam juri adeundi hæreditatem renunciare posse. Sed *limite*, nisi hoc vergat in damnum aliorum v. g. creditorum. Excipit, illa, damnum non pati creditores, quia debitor, occasionem acquirendi saltem negligit, ad quam capiendam pacto non erat obligatus. *Respondeo*, sufficit eum mero jure naturali obligatum esse, ne omittat acquisitionem.

§. XXXIX.

§. XXXIX.

Sed amplius (§) inicit communis opinio, ista omnia etiam applicari posse ad debitorem simplicem, nec aliquam hic apparere diversitatis rationem, interim lege civili rem ita definitam esse, ut debitor qui non acquirit, fraudis expers habeatur. Utique a legibus hæc facta est interpretatio. Suppetit tamen diversitatis ratio, ob quam ab ista regula excipiamus repudiationem hæreditatis a fraudatore peractam. Paucis hoc supra jam tetigi §. 28. Causa in eo vertitur: Creditores quam diu de bona fide debitoris securi sunt, ad facultates ejus futuras fortuitasque non adeo respiciunt, neque cum contrahunt, spem solutionis in iis collocant, hinc injuriam pati non videntur, si debitor acquisitionem illorum omittat; ast cum ejus animadvertunt dolum vel in ipsi pactione vel rei familiaris dissipatione paratum, tunc ex communi mortalium affectu, ne damnum patiantur, quævis media licita, jura debitoris bonaque, etiam sperata tantum, cautionis loco sibi vindicare laborant. Deinde quamvis debitor sit vir integræ fidei, tamen non satis liquet, an pendente concursu, licita, neque creditoribus acerba sit hæreditatis speratæ repudiatio, rebusque illorum conveniat legum civilium rem omnem in bonam partem hic vertentium definitio; hinc ut ad debitorum omni respectu dolosum benigniorem istam interpretationem accommodemus vix permittit æquitas ratio.

§. XL.

Scilicet distinguendum est inter *sententiam legis certam & dubiam casumque* cujus *comprehensio sub lege*, ceteris paribus *certa*, & casum, cujus *comprehensio sub lege dubia est*. Debitorem simplicem legibus sæpe citatis comprehendendi, ex eo patet, quod lex si nequidem adhuc casum pertinerat, lex esset nulla, frustra que foret ejus ratio. Sed debitorem dolosum isti legis definitioni subesse vel ideo dubium est, quod, nisi lex acquisitionis omissionem disertis verbis a fraude absolveret, etiam bonæ fidei debitor, ob repudiatio-

E

nem

nem jurium postea acquirendorum, pendente concursu factam, fraudem facere videretur, aut saltem dubium foret, an non ipsi fraudi hoc esset. Jam vero decoctor dolosus fraudem fecit ante acquisitionis omissionem, deinde illam affert huic omissioni, porro pendente concursu hoc facit, ac denique circa successionem futuram alia certiore & a lege sibi destinata versatur.

§. XLI.

Verisimile tantum est, non invictæ veritatis principium, quando creditores bonis debitorum futuris rationes suas non superstruere ac proinde, si talia non acquirantur eos injuriam non pati dicuntur: nam communis experientia facili quidem negotio evincere poterit contrarium, præcipue si spectes debitorem, cui tenuis est facultas & curta supellex. Saltem tempore formati concursus credibile non est, a creditoribus neglectum iri spem rei familiaris aut hæreditatis debitori a lege destinata. Hactenus utique nulla est inter debitorem dolosum & non dolosum differentia. Cum vero negari nequeat diserta legis positivæ interpretatio, quod debitor a fraude vacuus sit, cum non acquirit, eaque tolerari hactenus queat & debeat, in debitore, qui bona fide contraxit, nec suo, sed fortunæ vitio decoxit: omni tamen exceptione major illa non sit, licet debitorem innocentem supponas, certe nimis dura sit, si spectes fraudatorem, qui vel egit dolose & malitiose, cum pactiones fierent, vel suo, non fortunæ vitio decoxit: Igitur sententiam legis ad illum restringere, ad hunc non extendere rationis erit æquitatisque.

§. XLII.

Alias (6) etiam vulgo contendunt, non posse creditores adire hæreditatem nomine debitoris, nec impedire ejus repudiationem, cum nemo lucrum alteri oblatum absque mandato ejus, multo minus ipso invito, cum effectu acceptare queat. Sed qui ita philosophantur, illi primo supponunt rem indefinite ac perfectissime fortuitam, quæ vel a solo alterius arbitrio, vel solo fortunæ casu ita dependet ut
vix

vix de eo cogitent creditores, quo pertinet v.g. donatio, inventio thesauri & similia. cum tamen nobis hic sermo sit, de re certo respectu fortuita ac sub conditione eventus ejusdam a legibus jam definita atque destinata. Illa quidem sub rationes creditorum & concursus venire nec potest nec solet, hæc utique, quia jus jam est, licet nondum effectum, & objectum, licet a casu, v.g. mortis, suspensum, tamen alias definitum, ut de eo cogitare spemque licitam concipere non penitus vanum sit aut absurdum. Dein dissentientes respiciunt subjectum, cui integrum est acceptare lucrum speratum, si obvenerit & non acceptare, nos de subjecto loquimur, quod arctius obligatum est, nempe quaestio hic atinet debitorem, qui ex obligatione, qua creditoribus suis satisfacere jam tenetur, etiam obstrictus est, ut jus a lege sibi destinatum expectet, nec posthabitis creditoribus illud antequam cum effectu extiterit res ipsa, repudiet. Quamobrem iis, qui à nobis dissentiunt, concedere possumus argumentum salva nostra hypothese: nam debitori doloso, futuro uxoris hæredi mobiliari, jus a legibus est destinatum, quod casu mortis ita ferente, acceptare potest, quodque mero jure naturali avertendo creditorum damno acceptare debet, ac si debitor id facere nolit, ex regula concursus, uti alia jura, ita jus hæreditatem futuram acceptandi, ad creditores pertinet.

§. XLIII.

Verum acrius instant dissentientes (7) hæreditas uxoris, inquit, deferenda marito & jus illam acquirendi, non est, nisi spes mera, est res nondum existens, est jus incertum, non saltem ratione quando, sed etiam ratione an? quamvis enim jus succedendi a legibus marito sit destinatum, & uxor, si casum necessitatis excipias, neque actu inter vivos neque ultima voluntate successionem mariti turbare nequeat: nondum tamen adest jus laudatum, neque certum est, utrius conjugis mors mortem alterius sit præventura. Jam uti ordo decedendi de vita neque a voluntate mariti neque uxoris dependet, idemque eventus

incertus est: ita jus succedendi morte debitoris praver-
tente, facile subverti, ac plane nullum esse potest. Cum
vero ante obitum uxoris nulla sit ejus hæreditas, nullum
jus succedendi, sed, si multum dare velis, spes nuda: hinc
juris illius speique conceptæ nullæ sunt affectiones reales
aut revera existentes, nulla est alienatio, neque creditori-
bus, si spem illam debitor abjiciat damnum inferitur, proin-
de adhuc vera est sententia, quod acquisitionis omisso
fraudis sit expers.

§. XLIV.

Sunt ista alicujus momenti, eam tamen vim iis haud
inesse puto, ut hypothesein nostram concutiant vel ever-
rant. Jus succedendi in bonis uxoris mobilibus esse jus
marito a legibus destinatum, negari nequit. Hoc vero jus
considerari potest dupliciter, vel in statu maturitatis & effi-
caciæ suæ, quando circa hæreditatem præsentem actuque
delatam, vim suam exserit, vel in statu imaturitatis & effi-
caciæ suspensæ, ubi hæreditatem futuram sub mortis præ-
vertentis eventu saltem expectare potest. Priori respectu,
quoad uxor vivit, jus succedendi nondum existit, poste-
riori autem est pro conditione modoque suo jus præsens,
ut fere in feudis jus simultaneæ investituræ, donec feudi
possessor vivit, inefficax quidem ad succedendum in præ-
senti, reale tamen jus est. Effectus etiam renunciationis
testatur de causâ, alias enim Non-Enti, neque in aliorum
successorum utilitatem renunciaretur. Nec est, quod di-
cas, renunciare hic idem esse ac respuere seu repudiare jus
futurum: nam illa renunciatione utrumque fit. Juri ex-
pectandi sperandique, quod præsens est, renunciatur, jus
hæreditarium autem efficax, quod hætenus non præsens
sed futurum est, repudiatur, adeoque debitor portioni sta-
tutariæ renunciâns, non spem nudam abjicit, sed jus ali-
quod præsens alienat, jus aliquod absens futurumque in
antecessum respuit. Ut igitur incertum sit, utrius mors
prævenit, adeoque incertum an maritus hæreditatem
consecutus sit, imo fieri posse, ut hæreditas expectata
evadat

evadat nulla: tamen jus expectationis speique hactenus adest, æque ac alia jura ex eventu pendentia ad transeundum in alios habilia, cumque maritus in bonis conjugis viventis dotalibus dominium, in paraphernalibus usum fructum, in ceteris, ne alienentur, jus prohibendi jam habeat, non majus possessionis retinenda incertum, & amissionis illorum honorum periculum heic esse videtur, quam rerum aliarum perfecte aut imperfecte & sub conditione quasitarum, quæ casu fortuito, incendio, furto, bello alioque casu pereunt.

§. XLV.

Quodsi excipias, a nobis alienationem supponi in sensu populari, non juridico & legali, quem tamen hoc loco Jus Romanum sectatur, ut alienatio attineat jus cujus obiectum præfens est; nunc vero uti Jus Romanum in causâ quæstionis receptum, ita etiam eo, quo venit sensu, receptum esse: Fatemur Jus Romanum alienationem ad hunc effectum in alienatione, quæ sit in fraudem creditorum supponere, fatemur etiam Jus Romanum & sensum alienationis, quem hoc loco illud sectatur receptum esse: considerandum tamen est, quod illa suppositio non sit universalis aut in universum necessaria, sed occurrat etiam jus spei in Jure Romano & jus expectantiæ itemque simultaneæ investituræ in jure Longobardico, ubi itidem vel obiectum juris nondum præfens, vel jus ipsum efficax nondum est, aut in certis casibus saltem vim suam ostendit; Deinde licet Jus Romanum quando de alienatione in fraudem creditorum agit, eam in sensu strictiori supponat, negamus tamen quod alienatio in strictiori illo significatu considerata ad debitorem dolosum pertineat, nam argumenta certant & adhuc sub iudice lis est, an strictior illa forma locum rationemque habeat, si vel maxime debitorem in bona fide versantem, simul tamen portionis statutaria Saxonica renunciationem ab eo vel factam vel faciendam respiciat: cum enim Romani talem in bonis uxorum mobilibus successorem non habuerint, qualem ha-

bent mariti Saxones: huic ex laudato pratoris Edicto jus illud hæreditarium judicare non licebit. Jam vero applicatio Juris Romani supposita portione statutaria Saxonica, ad debitorem bonæ fidei fieri non potest; quanto minus illa procedet ad malæ fidei debitorem? Eadem ratio est, si ab alienatione mentem abstrahas meramque acquisitionis omissionem supponas: nam, quod aliquoties jam admonitum, legum civilium definitio, quæ non saltem facta est in re æstimationis admodum dubiæ, sed ipsa quoque sensum habet non usque adeo certum & liquidum, trahi non debet ad nimium rigorem & consequentiam. Proinde stat nostra exceptio, quod in acquisitionis omissione fraudis expers non sit fraudator, præcipue, si, pendente concursu, portioni statutaria Saxonica renunciet.

§. XLVI.

Sic concident etiam, quæ 8) de naturali rei ratione fposito Jure Romano admonentur. Nempe ea, quæ adversa sententia hæctenus opposuit, verum esse hæreditatum futurarum & repudiationis eas atinentis sensum naturalemque habitum, qui, licet nec gentem Romanam, nec actionem aliquam Paulianam orbis terrarum vidisset, omnino obtineret, alii contendunt. Nos contrarium evincere conati sumus, ac, ni fallor, evictum dedimus. Nam, uti jam facti sumus, in dubio regulæ vicem utique subire potest illa hypothesi, quod is, qui non acquirit fraudis expers sit, potest etiam concedi, quod repudiatio non sit alienatio in sensu stricto supposita. Verum, si consideres, quod minima sæpe circumstantia juris applicationem variet, ac uti ALFENVS ait *l. 52. §. 2. ad L. Aquil.* in causa jus positum est: ni fallor, non levis momenti sunt eaque casum præsentis quæstionis, circumstant. Dolus debitoris, cum pactiones cum creditoribus iniret, jus succedendi in portione statutaria marito lege destinata, atque adeo quod facultatem sperandi & expectandi certo jure datam, præsens, jus prohibendi, ne uxor in præjudicium mariti res suas alienet, jus actu succedendi, quod ad hæreditatem delatam, futu-

futurum quidem & incertum, quod tamen creditores etiam suo modo spectant, vis formati concursus, eoque pendente status debitoris, nec non creditorum animus, quo erga debitorem ejusque jura tam perfecte quam imperfecte quaesita, durante illo statu affecti sunt, ceteraque hactenus a nobis adducta. Quapropter exceptionem nostram, qua repudiatio hereditatis deferenda, imprimis portiois statutariae Saxonicae a debitore dolose facta, instabilis habetur, natura rei & aequitate naturali satis fundatam, nec jure civili neglectam aut sanctione diversa improbatam esse merito existimamus.

§. XLVII.

Equidem 9) *praxis* urgetur ususque forensis, vi cuius pro renunciacione mariti contra creditores saepe pronunciatum est, quemadmodum etiam praedicta non pauca id liquido satis ostendunt, de quibus videre potest CARPZOV. *decis. 161.* BERGER. *Dissert. de omiff. Hered. thes. 78.* & *in resolut. ad Lauterbach. Tit. Quae in fraud. Cred. Oeconom. Jur. lib. 2. Tit. 2. §. 34. not. 21.* WERNHER. *Part. 1. Observ. 289.* & *Part. 3. Obs. 1.* Sed ista quidem praedicta a nostra nos hypothesi nondum dimovent: nam neque collegiorum juridicorum, neque summorum tribunalium observantiae vim legis habent, siquidem iis facultas secundum jura constituta pronuncian- di saltem, non novum jus introducendi concessa est. *vid. STRYCK. in Us. Mod. ff. ad Tit. de constit. Princip.* Immo quod dicasteria summa sententiam suam, utut diu alias servatam, re amplius examinata, mutare soleant, jam dudum nos docuit experientia.

§. XLVIII.

Reliquum est, ut hypothesin hactenus a nobis defen- sam, exemplo practico, quod vocant, illustremus & recen- ti praedictio, prioribus contrario confirmemus. Utrum decoctor maritusque Saxonicus valide renunciare queat portioi suae statutariae? nuperrimae acri & pertinaci dispu- tatione in utramque partem fuit concertatum. G. W. mercator Lipsiensis, culpa sua bonis jam lapsus fugam- que

que parans ingentem aeris alieni summam, insigni dolo, uti ex literis patentibus, in loco publico affixis, cognovimus, contraxerat. Factus est concursus creditorum in bonis debitoris absentis coram Senatu Lipsiensi. Debitor eo durante, uxoris adhuc vivendis hereditate mobilium, in favorem liberorum se abdicavit, conditionem suam alendi simul sibi stipulatus. Paulo post uxor diem obiit supremum. Disceptabant de hereditate matris defunctae liberi cum creditoribus. Quærebatur: Utrum pactum antea laudatum in præjudicium creditorum subsisteret? Partium litigantium Patroni, liberorum alter, alter creditorum jura bene seduloque defendebant. Sententias in prima instantia latus jam publici juris fecit celeberr. Dn. D. WERNHER. in *Enunciatis fori hodierni Part. 2. Enunc. 485.* ex quo eas referre dividia non erit.

§. XLIX.

Primo Scabini Lipsienses Mens. Jun. 1724. sequentem tulerunt sententiam, qua memoratam hereditatis repudiationem, a debitore obarato factam, instabilem esse judicaverunt, verb. Sent. Daß vor allen Dingen D. W. und Conforte, sowohl D. Actor sich gebührend zu legitimiren schuldig; Im übrigen aber G. W. und Conforten Suchen nicht strait hat, sondern D. G. W. Verlassenschaft, so weit solche in Fahrniß bestehet, zu ihres nachgelassenen Ehe-Mannes, G. W. Credit-Wesen, nach Abzug der davon obgedachten G. H. W. und Conforten, zustehende legitimæ zu bringen. Cujus sententia rationes postea Mens. Aug. 1724. rogati dederunt. Redeunt illæ ad ea fere quæ de jure mariti Saxonici bonis uxoris & Arresto Saxonico plenius diximus. Ad debitoris vero dolum quem nos inspectati sumus, laudata decisio non respicit, neque illius mentionem facit ullam, ac præterea in terminis generalioribus subsistens ulteriorem probationem & illustrationem causæ Patrono relinquit. Videamus ipsa rationum expositarum verba: Ob wohl fol. 30. D. G. L. B. und V. H. fol. 32. b. aber D. F. G. W. als Bevollmächtigte derer Creditoren, bey G. W. Credit-Wesen, und zwar die ersten bey

de, in termino sich gemeldet, der letztere hingegen das rechtliche Verfahren beobachtet, und in der fol. 32. b. ad Acta gebrachten Registratur deren Constitution nicht widersprochen, sondern, daß solche in andern Acten anzutreffen sey, angegeben wird; so wohl der D. Legitimation halber fol. 83. b. ein gleiches angeführt ist; Hiernächst in l. 6. §. 2. ff. *Qua in fraud. Cred.* und l. 174. ff. *de Reg. Jur.* einen Debitori, die ihm angefallene Verlassenschaft nicht anzutreten, nachgelassen, und allhier G. W. nach seiner Frauen, D. S. Todte, fol. 19. sich in Schrifften von ihrer Succession losgesaget; hierüber angeführet werden wollen, daß, wenn gleich der Ehe-Mann in seines Weibes Fahnriß, bey deren Leben, eine *Spem successiois* habe, gleichwohl diese nicht dafür, als ob sie bereits in *Patrimonio* sey, zu achten wäre; Nechst dem daß allhier kein *Dolus* vorhanden, ingleichen, daß das Document fol. 19. nicht zurücke datiret, und nach der W. Todte erst ausgestellt worden, G. H. W. und Conforten, weitläufftig abzulehnen, die Bevollmächtigten derer W. Gläubiger hingegen, dergleichen zu behaupten, gesucht, und endlich denen Kindern aus ihrer Mutter Verlassenschaft der Nicht-Theil nur aus denen Mobilien gefolget wird, wenn keine *Immobilia* vorhanden, und diese nicht darzu hinlänglich sind; Diem Weil dennoch derer G. W. Gläubiger Bevollmächtigte, und des D. Actoris, Legitimationes nicht untersucht werden können, wenn solche nicht zu denen Acten gebracht worden; Denn in gegenwärtigen Falle *Successio mariti in bona uxoris* nicht auch denen Kayserlichen, sondern vielmehr nach Anleitung derer Sächsischen Rechte, geschiehet, nach diesen aber der Mann *ipso jure*, nach Beschreibung des Ehe-Vetres, bey seines Ehe-Weibes Leben, ein Recht zu der selben fahrenden Haabe dergestalt überkömmt, daß ihm solches weder durch einen letzten Willen, noch eine Handlung unter denen Lebendigen, wieder seine Einwilligung, entzogen werden kan; zu geschweigen derselbe, auch nach denen gemeinen Kayserlichen Rechten, *pro domino dotis* zu achten, dahero aber G. W. bey seiner Frauen Fahnriße ein näheres Recht, als eine bloße Hoffnung, besessen, welchem hernach, als er in der Oster-Messe Anno 1723. Schulden halber ausgetreten, und zu dessen Vermögen ein *Concurfus*

